

**www.e-rara.ch**

**Ioannis Manardi Medici Ferrarensis, Hac Aestate omnium medicinae  
professorum per uniuersam Italianam, in Galeni doctrina & Arabum censura  
celeberrimi, & optime meriti, Epistolarvm Medicinalium libri ...**

**Manardi, Giovanni**

**Basileae, M. D. XXXV**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Gal St 60,3

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-51673>

Ioannes Manardus iuvenibus medicinae studiosis.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

436 IOANNES MANARDVS IVVENIBVS  
MEDICINAE STUDIOSSI.



Ala nomina non usquequacz putanda sunt, quae nullo interpellante, fidem datam reluere, procrastinando negligunt. Quare non est ut mihi uitio quispiam uestrum det, si promissas ante duodecim annos, in Ioannis Mesue composta medicamenta annotationes, hactenus in publicum tradere disstuli, præsertim cum eas nulli expostulanti negauerim: & præterea multa interim in uestrum usum ædiderim, quæ non spoponderam, & quæ haud iniquep possint fœnoris loco supputari: imò sortem ipsam tam longe anteuertere, ut per ea omnis iam ratio mihi expuncta posset uideri, nisi IO. SINAPIVS natione quidē Germanus, sed utriusqe linguae peritia, bonarū disciplinarū eruditione, quibet werqe quodam perdiscendæ medicinæ furore, paucis Italij cōparandus, me etiam atqe etiam monuisset, & quasi cum conuicio efflagitasset, ut promissis statrem: nō licere dicens philosopho, præsertim christiano, uel præscriptionis, uel alio quoquis prætextu, sponsonum suarum obliuisci.

Accipite igitur & hæc adolescentes, ea fronte, qua iam æditas à me cōmentationes suscipere consueuistis, & morā hanc meam boni consulte. Ex Ferraria, pridie Nonas Maias, M. D. XXXIIII.

DE MEDICAMENTIS COMPOSITIS.



Ompositis medicamentis plerūqe uti cogimur, tum ad simplicum uel augendam, uel coërcendam uim: tum quod cōplicatos inuicem, uarios, & quandoqe contrarios morbos curamus: tum alias ob causas, quas operæ preciū nō est hoc loco recensere, quū ab ipso medice artis exordio, ad nostra usqe tempora, quasi per manus, cōpositio medicaminū emanauerit, modo solū præparationis atque usus mutato. Olim enim ipsimet medici sua sibi quisqe medicamēta domi parabat, & parata adseruabant: quibus ubi opus esset, pro arbitrio, & ægrotantiū necessitate uterentur. A quin gentis uero plus minus annis citra, ab ipsis medicis non sine ægrotantium (ut mihi uidetur) detrimento, ad nonnullos hoc negocium desuolutum est, qui ab ipsis simpliciū medicamentorū speciebus, quas ueluti supellectilem & syluam quandam, ad compositiones parandas in tabernis habēt, Speciarij uocantur. Quorū tantū creuit autoritas, ut ipsis quantumuis famosi medici, totū hoc illis negocium inueniendi scilicet medicamenta simplicia, atqe ea cōponendi, & permiserint, & demandauerint. Et propterea factum sit, ut cæci, duces etiam magis cæcos sequentes, in barathrum ignorantiae, cum magno mortaliū damno plerunce mergerentur. In quo adhuc omnes cæutiētes caliga-

caligarent, nisi Deus sua inuisibili luce, quorundam aciem mentis illu-  
strasset, qui species illas solerter indagantes, aliquasque supposititias,  
alias in totū spurias inuenientes, Speciarīs & medicis monstrare co-  
nati sunt, quantis in erroribus uerfarentur. In quo campo cum ego  
quocque pro imbecillibus meis uiribus, supra X L. annos desudarim,  
cogitaui sæpenumero, quonam modo possent inueterati illi errores  
penitus extirpari. Nihil autem magis præsentaneo mihi in hac re-  
præsidio occurrebat, quam ut ex antiquis Græcorum commentariis,  
ex quibus ueluti ex fontibus Arabum & Salernitarū compositiones  
emanarūt, ea feligerētur, quæ ex his simplicibus, quæ facile inueniri  
possent, & obuia cognitæ essent, construebant: non repudiatis ta-  
men recentiorum inuentis, modo clare descripta essent, & rationi ac  
experimento consentanea. Verum cum hoc pluries attentasse, nec  
unquam adsequi potuisse, aliud aggressus sum, non adeò utile, sed  
quod omnes facillime possent & deberent recipere, declarandi uideli-  
cet ea, quæ in suis tabernis Speciarī illi ad ægrotantium & medicorū  
usum adseruabant. Et quia Ioannem cognomento Meluen precipue  
sequebantur, ideo quæ de simplicibus & cōpositis medicinis ille con-  
scriperat, cœpi diligētius examinare: & quicquid occurrebat, quod  
ad eorum uel dilucidationem uel castigationem pertineret, in libri  
mei margine adnotare. Quorum partem, eam scilicet quæ ad simpli-  
cia spectabat, in cōmunem usum ante multos annos æditam, quum  
ex eo non penitus displicuisse intelligerem, quod secundam multi de-  
siderarent, in hac quoque ædenda eis obsequi non negauit.

Vt igitur & in hac parte ordinē ipsius Ioannis sequar, ab Electua-  
riis ab eo uocatis incipiam: quæ ideo hoc nomen habuisse uidentur,  
uel quod ex electis quibusdam simplicibus medicamentis cōstarent,  
uel quod multi usus essent, tam in bona ualetitudine adseruāda, quam  
in mala submouenda, ut propterea à Cælio Aureliano Electuaria sint  
uocata. Videntur tamen non incongrue antidota uocari posse: tam la-  
te enim patet apud Galenum Antidotī nomen, ut sit omni-  
bus facultatibus commune, quæ non extrorsum  
admotæ, sed intra corpus acceptæ malos affe-  
ctus sanant, qui uel ex uenenis ebibi-  
tis, uel ferarum morsibus, uel  
malo uictu contingunt.

Aspirante itaq; di

iuino fauore

rem aggre-

diar.